minis cauſa, quod in duritiã lapidis mutatur, Plinius. Iconem eius, qualẽ habui, ſuperiùs adieci: non quòd omnes eandem omnino formã præ ſe ferant. ea enim in diuerſis variat. Radice caret, ſed vt aliæ pleræque marinæ plantæ ſaxis patellarum inſtar adhæret. Rubrum, album & nigrum inuenitur: in ſingulis autem coloribus rurſus multæ ſunt differentiæ. Eſt quod albicat foris, intus rubet. Sexu etiam diſtinguũtur. Rubri mas rubentior, fœmina dilutior eſt. Ad hominis ꝑceritatem aliquãdo accedere audio.

1. Gypſum qđ coralloides cognominari poteſt. eſt enim Corallio albo ꝑſimile, ramoſa ſeu fruticãte ſpecie.

2. Corallij ſpe-